

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Ambicio e
cum fonte primo

Prope omnium criminum fontes hec
tria monstrantur esse genera uiciorum,
scilicet gula, iactancia et ambicio.

Cause autem cupiditatis sunt
carnis delectacio, species gule, et
auuiditas potencie.

Ambrosius ibidem (super Lucam libro
III.).

Prope omnium criminum fontes haec
tria genera demonstrantur esse uitiorum;

neque enim ‘consummata omni
temptatione’ scriptura dixisset, nisi in his
tribus esset omnium materia delictorum,
quorum semina in ipsa origine sunt
cauenda. Finis ergo temptationum finis est
cupiditatum, quia causae temptationum
causae cupiditatum sunt.

Causae autem cupiditatum sunt
carnis oblectatio, species gloriae,
auuiditas potentiae.

Ambrosius Mediolanensis, *Expositio
euangelii secundum Lucam*, 4, 35
(CCSL 14, M. Adriaen & P.A. Ballerini
eds., p.118, ll.425-432).